



Polyanthea Sacra

Ex Universæ Sacræ Scripturæ Utriusque Testamenti Figuris, Symbolis, Testimoniis, Nec Non E Selectis Patrum, Aliorumque Authorum, Sententiis, eruditis Interpretationibus, Similitudinibus, rarisque Historiis collecta, Et Copiosis, Exquisitisque Materiis Moralibus De Virtutibus Et Vitiis Pro ...

Spanner, Andreas

Augustae Vindelicorum, 1702

Titulus II. Gaudia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-79340](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-79340)

G.
TITULUS I.
GABRIEL.

Angelus enim Domini. Matth. 28. 2. Censent alii, hunc Angelum fuisse Gabrielem, qui, juxta nomen suum, administrator est fortitudinis DEI, ac ejus opera exequitur. Gabriel enim idem est, quod fortitudo Dei. Cornelius hic.

Mittens per Angelum suum. Apoc. 1. 1. Credibile, hunc Angelum fuisse Gabrielem: quia hic frequentè in his missus, quæ pertinent ad CHRISTUM. Dan. 9. 21. Zachariæ Luc. 1. 19.

Reverere nomen Archangeli, qui nuntium illud lætissimum apportavit MARIE; qui appellatus est Gabriel; id est, DEUS homo. Proclus Ep. hom. contra Nestorium. (Gabes homo est, & DEUS) nomine ipso significans nuntium, quem apportat: quia is, quem evangelizat, CHRISTUS DEUS, & homo erat natusurus.

Vide M. in Alphabetico Mar. tit. Annuntiatio.

TITULUS II.
GAUDIA.

§. I.

De gaudiis in genere.

Symbola.

Surge, surge D. hora. Judic. 5. 12. Verbum surgendi in Scriptura læticiam significat. II. 60. 1. Surge, illuminare, Jerusalem. Mendoza in I. Reg. Annot. 8.

Exultavit cor meum. I. Reg. 2. 1. Verbum exultandi, id est, extrâ saltandi, significat ingentem læticiam, quæ intus se non capit, sed foras erumpit. Tale habuit David, cum saltavit coram arca. 2. Reg. 6. 14. & Bartimæus ille cæcus, qui à Christo D. vocatus exiliens venit ad eum. Marci 10. 50. Et claudus ille ex utero matris, qui à S. Petro sanatus, exiliens stetit, & ambulabat. Act. 3. 8. Et divinus Sponsus, qui præ læticia humanæ naturæ induendæ, venit saliens in montibus. Cant. 2. 8. Ac denique Abraham; de quo Christus D. Jo. 8. 56. exultavit, ut videret diem meum. Id. ib. Annot. 12.

Angelus Domini stans à dextris altaris Domini. Luc. 1. 11. Quare Angelus apparet à dextris altaris? Euthymius: quia cælestis doni gaudium prædicabat: gaudium enim, & felicitas, per dexteram significatur; & ideo Angeli annuntiantes Christi resurrectionem ad dexteram sedent. Marci 16. 7. Sylveira. hic.

Varia.

In hoc nolite gaudere, quia Spiritus vobis subjiciuntur. Luc. 10. 20. Non erat culpabile gaudium, quod Spiritus subicerentur nomini JESU; sed quod subicerentur eis, culpabile gaudium erat. Cajetanus hic.

Gaudenti homini & carcer latus est; & tristi pratum angustum est. S. Augustinus in Ps. 141.

Voluptatem quærunt, & gaudere cupiunt omnes: & propter hoc omnia faciunt, & di-

cunt, & negotiantur. Etenim mercator propter hoc navigat, ut pecunias congreget; congregat autem pecunias, ut habens repositas gaudeat. S. Chryostomus hom. 18. ad populum Antioch.

Idem facere solet immodicum gaudium, quod excellens tristitia. Et videre licet, multos effundere lacrymas præ gaudio immenso; alios etiam sæpe obstupescere, quando fieri vident, quæ non expectaverant. Id. hom. 65. in Gen.

Delectatio est conjunctio convenientis cum conveniente. S. Bonaventura. Itinerarii mentis ad DEUM c. 2.

Magna sunt gaudiorum imperia: ex piers est continentia hilaritas, & in vocem gessit erumpere. Ennodius Ep. 1. 5. ep. 16.

Facilius est, ignem in pyras animatum, lingua comprimere, quam silentium inter optata servare. Ennodius 1. 7. ep. 16.

Ita præsentis temporis est agenda lætitia, ut nunquam amaritudo, & timor sequentis Judicii, recedat à memoria. S. Laurentius Justinianus Lign. vit. c. 4.

Semper dicitur majus gaudium post dolorem, qui ex re perditâ ortum habet. Et consona est moribus hominum ista locutio: qui de modica re perditâ exultant amplius, cum illam reinventerunt; quàm de plurima re servata. Et hoc quare? quia non præcesserat dolor in illa, qui subsequens gaudium facit amplius apparere. Simon de Cassia l. 6. c. 14.

§. II.

Gaudia vera.

Num. I.

Hic non quære.

In conspectu Angelorum psallam tibi. Ps. 137. 2. Non coram hominibus psallam; sed coram Angelis psallam. Psalterium meum, gaudi.

gaudium meum. Sed gaudium meum de inferioribus coram hominibus est; gaudium meum de superioribus coram Angelis est: non enim novit impius gaudium iusti. Non est gaudere impius, dicit Dominus. Gaudet iniquus in popina, gaudet Martyr in catena. S. Aug. in Pl. 137.

Obstulerunt ei partempistis, & favum mellis. Luc. 24. 42. Non legitur Redemptorem Mundi in tota vita sua, nisi post sanctissimam Resurrectionem, mel manducasse. In quo docemur; quantum seculares dulcedines in hac mortali vita fugere debeamus, & quod omnes in futurum sæculum relervemus. Diez fer. 3. D. Resurr. Favos post fella gustavit. Nec ante Rex gloriæ à cœlestibus salutus Pl. 23. 7. quam Rex Judæorum proscriptus in crucem. Tertullianus lib. de cor. milit.

Ego non ascendo ad diem festum: quia meum tempus nondum impletum est. Joan. 7. 8. Nolo gaudia, at festivitates, in hac mortali vita; cum advenerit tempus meum, tunc delectabor. Diez fer. 3. D. Pass.

Si quis sitis, veniat ad me, & bibat. Joan. 7. 37. Participatio cœlestis suavitatis Mundi voluptatum ingerit oblivionem. S. August. l. Medic. c. 27. Fons vitæ, reple mentem meam torrente voluptatis tuæ; & inebria cor meum sobrietate amoris tui: ut obliviscar, quæ vana sunt, & terrena; & te jugiter solum habeam in memoria mea. Escobar T. 2. Perfec. Chr. l. 6. S. 2. obf. 5.

In vitis PP. Arsenius, in morte rogatus à fratribus pro ultimo documento dixit *ibi, ubi*. Post mortem solliciti fratres id intelligere, pro expositione miserunt ad alium senem; qui rescripsit eis: hæc est, ut puto, verborum intelligentia: *ibi* nostra fixa sunt corda, *ubi* vera sunt gaudia. Jonghen. parte 2. Exh. 3. S. Bernardus dixit: univertum tempus præsentis vitæ, vigiliam esse solemnitatis magnæ. Bessens D. 3. Pasch.

Num. II.

Quibus vera dentur.

Visitasti terram, & inebriasti eam. Pl. 64. 10. Quid putas, causa est, quod solam terram Dominus dicitur inebriasse? cur non etiam mare? sed scimus, quia mens, quæ per varia desideria fluctuat; quam adhuc sæcularium curarum procella exagitat; ad illud internum gaudium non admittitur, & illò torrente voluptatis non potatur; quanto minus inebriatur. -- Hæc est illa vere beata terra, mentis videlicet stabilitas tranquilla; quando mens in seipsam tota colligitur, & in uno æternitatis desiderio immobiliter figitur. Richardus à S. Victore lib. Benjamin c. 38. Quam suave mihi subito factum est, carere suavitatibus nugarum! & quas amittere meus fuerat, jam dimittere gaudium erat. Ejiciebas enim eos à me, veru, & summa suavitas. Ejiciebas, & intrabas pro eis omni voluptate dulcior; sed non carni, & sanguini: omni luce clarior; sed omni secreto interior: omni honore sublimior; sed non sublimibus in se. S. August. l. 9. Confess. c. 1.

Esus panis post ablationem datur infanti: & homo, qui vult delectari in Divinis, prius se debet à Sæculo, velut infans ab uberibus matris, alienare. S. Isaac l. 1. de contemptu Mundi cap. 1.

O bone JESU! quam dissimile est illud gaudium tuum, quò interim consolari renuntiantes illi falso, & fallaci gaudio! quam melior est misericordia tua super vitas! quam melior est dies una in atriis tuis super millia; quanto beatiore facis pauperes tuos ipsa paupertate tuâ, quam Mundus facere possit quantalibet affluentia! ubi, quidquid affluit, defluit, sibi que inharentem peresfluere facit. Guarricus f. 1. die Pent.

Num. III.

Gaudia sunt in corde, non in ore.

Risit olim Abraham. Gen. 17. 17. *risit* & Sara. ibid. 18. 12. sed hujus tantum risus reprehenditur, non illius. Ratio fortasse esse potest; quia Sara risit in ore suo, Abraham autem in corde. Sic enim illa verba in quibusdam Bibliis habentur, & dispunguntur: *risit in corde suo dicens*: quasi illa lætitia, quæ ore proditur, tanquam fallax, & adultera reprobetur: quæ verò in corde nascitur, vera esse, & germana, censetur. Imò Sara, quæ risit in ore suo, risisse se negavit; non autem Abraham, qui risit in corde suo: quia illa externa cordis lætitia fit tam inanis, ac si nulla sit. Mendoza in 1. Reg. 1. Annot. 12.

Exultavit cor meum. 1. Reg. 2. 1. Gaudium profanum in cor non illabitur. Unde olim Baload iutes, cum temporalem felicitatem Jobo polliceretur c. 8. 21. *donec*, inquit, *impleatur risu os tuum, & labia tua jubilo*. Non dicit animum, non cor, implenda jubilo; sed tantum os, & labia. Id. ib.

Deest lætiam in corde meo. Pl. 4. 7.

Num. IV.

Varia de gaudiis veris, spiritibus &c.

Des tibi DEUS de rore cœli, & de pinguedine terra, abundantiam &c. Gen. 27. 28. Toties de rore cœli desuper benedictionem accipimus, quoties per infusionem Spiritus S. de supernis gaudiis in mente aliquid degustamus. Cum verò bona opera per corpus agimus, de terrena pinguedine ditamur. V. Beda hom. in lect. Sabbathi D. 3. Quadr. de Sufanna.

Lava ejus sub capite meo. Cant. 2. 6. In lava CHRISTI temporalia ejus bona; in dextera beatæ vitæ beatitudo significatur. Id. hic.

Isaac autem genuit Jacob. Matth. 1. 2. Spiritualiter Isaac, id est, gaudium in Domino, genuerat Jacob, id est, vitiorum supplantatorem: qui enim delectatur in Domino, & actibus sanctis; vitiiis foriter reluctatur, alios ad vitiorum eradicationem inducit. Dionysius Carthuf. hic.

Gavisi

Gavisi sunt gaudio magno. Matth. 2. 10. & *proidentes adoraverunt eum.* v. 11. Quodd inter gaudia magna non evanescat humanus animus, adeo magnum est, ut hinc summa virtus commendetur Abrahæ; qui promissâ sibi à DEO prole Gen. 17. 17. *cecidit in faciem suam.* & *risit.* Rupertus hic: ô virum æternò risu verè dignum, & sempiternæ jucunditati bene præparatum! qui ita cecidit in faciem suam ut rideret; & ita risit, ut in faciem caderet; illius adorans omnipotentiam, cujus in promissione audierat singularem gratiam. Verè regia virtus, inter gaudia, prosperitatem DEO devotam permanere. Bæza lib. 2. §. 13.

Si jugiter gaudere velimus, multas habemus occasiones: nam, si virtutem arripuerimus, nihil jam erit, quod nos contristes. S. Chryost. hom. 63. ad pop. Antioch.

Quantum post tenebras gratior lux est, serenitas post tempestates obscuras; tantum est acceptius gaudium post afflictionem. S. Chryost. logus f. 84.

Illud verum est gaudium, quod non de creatura, sed de Creatore concipitur; cui comparata omnis aliunde jucunditas mæror est. S. Bernardus ep. 114.

Nihil gaudiò spirituali, & tranquillitate, & charitate, dulcius est. B. Theodoretus lib. 1. in Cant.

Sicut pane reficitur corpus, ita exultatione Spiritus. Petrus Cellenf. c. 12. de pane lugentiam.

Boetius l. de consol. prosa. 2. dicit: quod in palatio Joviniano erant duo dolia; unum de optimo vino, & aliud de amarissimo. Et, quicumque volebat de bono bibere, oportebat, quod prius biberet de amaro.

§. III.

Gaude in DEO.

Ex Veteri.

Exultavit cor meum in Domino. 1. Reg. 2. 1. Edicite, ô Apostoli sancti! quis vestras angustias in gaudia, afflictiones in solatia, mærores in jubilos, mutavit? Resp. *Gavisi sunt viso Domino.* Jo 20 20. Christiane, imitare Apostolos in afflictione; morbo, egestate. Oculos in Dominum conjice; manibus Crucifixum arripe, & cordi delectando opportunum erit remedium. Paoletti D. in Alb.

Si gaudeam, quod inveni thesaurum visibilem; istud gaudium carnis est, & non in Domino. Si gaudeam, quod me homines laudant, & forte non pro merito; non est hoc gaudium in Domino. Si gaudeamus in rebus fragilibus, & caducis; hæc omnia non habent laudabile gaudium. Origenes in 1. Reg. 1.

Latata sum in salutari tuo. 1. Reg. 2. 1. Tales sunt sanctorum anime: Deo magis lætantur, Authore munerum, quam ipsis muneribus: non enim eum propter dona ipsius, sed dona propter ipsum diligunt. Hoc servos gratos decet; hoc famulos, agnoscentes beneficium magnitudinem: videlicet rebus suis omnibus

præponere DEUM. Sic etiam nos affecti sumus, cum peccaverimus; non doleamus, quia punimur sed quia Dominum offendimus. Et, si quod beneficium nostrum est, non gaudeamus propter regna cælorum; Sed quia rem cælorum Regi gratam fecimus. Qui enim lætæmentis est, offensam DEI magis timeat, quam ullam gehennam; & benevolentiam pluris æstimat, quam omne regnum. S. Chryost. t. 6. hom. de Anna.

Et nunquam lætata sit ancilla tua, ex quo huc translata sum, usq. in presentem diem; nisi in te, Domine DEUS Abraham. Esther 14. 18. hæc dixit imperatrix potentissima, quæ Assverum 127. Provincis imperantem suæ potestatis habuit: quæ omni voluptatum genere, modò voluisset, affluere potuit.

Gloria mea, exaltans caput meum. Pl. 3. 4. id est, lætificans me, ut qui præ more, demisso capite incedebam; nunc exultans attollam caput. Et hæc phrasîs Hebræis familiaris. Unde Jeremiæ ult. dicitur: *Eleazaris Esvimirodach rex caput Joachim regis, & eduxit de domo carceris.* Bellarminus in Pl. 3.

Deisti lætissiam in corde meo. Pl. 4. 7. Non dixit simpliciter, & absolute, dedisti lætissiam, nec in mancipiis, nec in auro, nec in argento, nec in vestibus, non in læta, & oppara mensa; non in potentie magnitudine, nec in domus lætitate: hæc enim lætissia non est cordis, sed tantum oculorum. S. Chryost. hic.

Sitavit in te anima mea. Pl. 62. 2. 3. Beata sitis, quæ DEUS sititur! Nonne Davidis rigebant pavimenta auro? nonne uique palmas, tributa undique? nihilominus in deserto est. Cur? sitit DEUM. Nam anima sitienti DEUM nihil omnino sapit nisi DEUS. 1. Reg. 2. 1. *Latata sum in salutari tuo.* Lætare est non in Samuele; sed in DEO. Puer adeo exoptatus, & summis à DEO precibus impetratus; qui parentis opprobrium in trophæa converterat, matrem non lætificat? sitiens DEUM Samuele non expletur, sed Deo. Zacharie nascitur infans, in cujus narvitate multi gaudebunt; quin & os ejus Luc. 1 14. 64. resolutum. Quis non putaret, tantis cumulatum beneficiis mox gratias acturum pro filio, & recepta voce? Prophetat; sed CHRISTI solum memor, vocis, filiique immemor. Luc. 1. 68. *Benedictus D. DEUS Israel.* Cur? an quod patrem te fecerit? an quod eloquentem te reddiderit ex elingui? *quia visitavit, & fecit redemptionem plebi suæ Israel.* Gaudeo, non quod Joannes natus sit, sed quod nasciturus sit Jesus. Olyva l. 3. Strom. hic.

Delectasti me Domine in factura tua. Pl. 91. 5. Non dixit: delectavit me, Domine, factura tua; sed tu in illa delectasti; qui talem ipsam fecisti, ut decore suo te mihi insinuaret in illa, & delectarer in te. S. Laurentius Just. l. in festo S. Mich. Archang.

Exulta, & lætata, habitatio Sion; quia magnus in medio sui sanctus Israel. Ps. 124. 6. Exulta-

Exultamus in feno, stipula, fimo, fumo. Ut videas, quàm indecorum fit, exultare in pompis, & vanitatibus. Oliva lib. 9. Strom. hic.

Ex Novo, & Patribus.

Exultavit infans in utero ejus. Luc. 1. 44. præfente fcilicet Dominò. *Multi innativitate ejus gaudebunt;* puerulum tamen vel unum jubili fignum dediffe non legimus. Absens, juxta Rupertum, jam erat JESUS; quia mater natalitii gaudiis interesse volebat. Paoletti D. in albis.

Gavisus sunt Discipuli visò Dominò. Joan. 20. 20. Solus DEUS veram potest dare lætitiã. Vide in superiori s. S. Chryfologum, & S. Bernardum.

Gaudete in Domino semper. Philipp. 4. 4. Verè semper est gaudendum: quia gaudium conservat hominem in bono habitu; quia nullus potest diu esse in eo, quod contristat. S. Thomas Aquin. in 2. Cor. c. 13. Lect. 3.


S. Ambrosius serm. de Jacob, & vita beata, ponit discrimen inter piorum, & impiorum, lætitiã; datã similitudine duorum hominum, quorum alter novit ex arte citharam pulsare, simul & suaviter canere; alter verò, qui solam citharam pulset. Prior, licet cithara desit, aut contracta; habet tamen, quò se mulceat, & dolorem leniat; non autem alter. Impius lyram corporis pulsare solum novit; id est, ab illo solum corpore lætitiã, scilicet per sensus ab efulentis, & poculentis &c. Hæc si desint, non novit voce canere, quò se recreet. - Sed vir pius, licet hæc corpora oblectamenta desint, nihilominus rebus spiritalibus, & divinã contemplatione, se lætificat. *Suspendimus organa nostra, quomodo cantabimus?* Pl. 136. 2. 4. *Hereditate acquisivisti testimonia tua in æternum, quia exultatio cordis mei sunt.* Pl. 118. 111. id est, non mœrorem inferunt, sed omnia lata. Pinna Ethol. 81.

Nihil, quæso, sine te mihi dulcescat, nihil complacet; nihil pretiosum, nihil, præter te, mihi ardeat speciosum. Vilefcaut, obsecro, absque te mihi omnia, sordeant univèrsa. Quod tibi adversum est, sit mihi molestum; & tuum beneplacitum mihi indeficiens desiderium. Tædeat me gaudere sine te; & delectet contristari pro te. S. August. l. Medit. c. 7.

Tu semper aderas misericorditer sæviens, & amarissimis aspergens offensionibus omnes illicitas jucunditates meas; ut ita quærerem sine offensione jucundari. Idem Conf. l. 2. c. 2.

Revera illud solum, & unicum, est gaudium; quod non de creatura, sed de Creatore, percipitur: & quod, cum possederis, nemo tollet à te; cui, comparata omni aliunde jucunditas, mœror est: omnis suavitas, dolor est; omne dulce amarum est, omne decorum fœdum, omnè postremo, quodcumque aliud delectare possit, molestum. S. Bernardus

ep. 114.



Polyantb. Sacr. Tom. I.

§. IV.

Gaudia falsa, Mundi, terrena &c.

Num. I.

Desinunt in luctum.

Congregationesq; aquarum appellavit maria. Gen. 1. 10. id est, delectationes temporales, quia in amaritudinem terminantur; quàmvis Sæcularibus dulces videantur. Hugo Card. hic.

Nequaquam ultrà Vasthi ingrediatur ad regem. Esth. 1. 19. Vide, ut convivium Astveri in mœrorem desinat, ac extrema gaudii luctus occupet; ac rex Vasthi reginam, conjugemque suam, repudiet. Sic fluvii in alveo suo dulces sunt; cum tamen ad mare decurrunt, fiunt amari. Cornelius hic.

Converse sunt nuptie in luctum. 1. Mach. 9. 41. Sic sæpe in Mundo plausus vertitur, & extrema gaudii luctus occupat. Id. hic.

In illa hora factus est terræ motus magnus. Apoc. 11. 13. In qua felicitas civis Jerusalem lati, munera mittentes; Elias, & Enoch, reviviscerent; factò magnò terræ motu decima pars urbis concidit. Gaudium impiorum breve; ex quo ad summas misèrias transeunt. Sylveira hic.

Si cum Sæculo gaudemus, cavendum est, nè cum Sæculo & lugeamus. Tertullianus l. de idololatria.

Quid per ima desideria defluis? quid tibi cum bonis perituris, gaudiisque lugendis? omnia flumina intrant in mare; & omnis infima delectatio definit in dolore. Richardus à S. Vict. tr. de exterminat. mali &c. c. 19.

Accenditur cereus; non purum lumen est, sed lucerna: siquidem ignis ipsa propria fomenta consumit; nec nisi ipsa consummatione fovetur. Porrò deficiente materiã etiam ipsa deficiet. Ecce ubi illum videris profusus exutam, hunc quoque nihilominus extinctum reperies. Sicut ergo flammæ illius novissima fumus occupat, & caligo; sic lætitia læta rei in tristitiã commutatur. S. Bernardus serm. 1. de divers. de nimia quadam fallacia præsentis vitæ.

Num. II.

Non hic, & ibi.

Nemo potest & hic gaudere cum Sæculo, & illic regnare cum Christo. S. Gregorius hom. 11. in Matth. 13.

Elias, ad cœlorum regna festinans, non potest ire cum pallio; sed Mundi in Mundo vestimenta dimittit. S. Hieronymus ep. 34. ad Julianum consol. ob amissas filias.

Non est quisquam, inquit, qui & hic, & illic, requie fruatur? istud impossibile est. ò homo, atque ex eorum numero, quæ frustra speres. Fieri non potest, non potest, inquam; ut, qui hic in scordia, securitateque vixerit; qui in deliciis omnibus assidue dies consumpserit; qui temerè, neglecteque transegerit ætatem; illic honorem consequatur. S. Chrysof. de Lazaro conc. 3.

Hic oportet contristari, si velimus in futuro ad lætitiã transire: omnes enim motus à contrario

l i i

trario

trario in contrarium sunt. Eligat ergo, hic unusquisque quod voluerit; lætitiã felicitet, vel triftitiã: quia hinc ad fuum contrarium tranfitur eft. *Triftitia veftra vertetur in gaudium*, Joan. 16. 20. Hugo Card. in Pl. 54.

Num. III.

Offer DEO.

Tolle filium tuum - Ifaac etc. Gen. 22. 2. Si vocem Domini audieris intus in animo, & dicatur tibi, ut offeras Ifaac, tuum quodcumque eft gaudium; immoles DEO (interpretatur enim Ifaac gaudium, five *risus*) fideliter; & conftanter obedire nẽ timeas. Nunc autem quidquid affectio propria iudicet, securus efto; non Ifaac, fed aries morietur; non peribit tibi lætitiã, fed contumaciã; cujus utique cornua vepribus hærent, & finẽ punclionibus, anxietatibus, eße non potest. S. Bernardus ferm. de verbis Petri.

Nec sanguinem, nec adipem, omnino comedetur. Levit. 3. 17. Omnis ratio, & intellectus animi, quem fanguis fignificat, funt DEO confecranda; anima enim in fanguine eft; quia in ratione, & intellectu vita anima confiftit, ficut vita corporis in fanguine. Hugo Card. hic.

Num. IV.

Miscellanea.

Mel in Sacrificio non offertur. Levit. 2. 11. quia omne temporale gaudium, omnis mundana lætitiã, DEO abominabilis eft. S. Thom. Vill. Conc. 3. de S. Auguftino.

Fenum quasi bos comedes. Dan. 4. 29. qui omne gaudium fuum in temporali gloria, & carnalibus oblectamentis, ponit; & fpirituales delicias omnino, nec per ftudium, nec per defiderium, requirit. Richard. à S. Viçt. de erudit. hom. inter. c. 41.

Erat in proximo dies feftus Judeorum Scenopegia. Joan. 7. 2. Quod eft fixio umbrarum, five tabernaculorum: quod feftum faciebant Judæi fingulis annis, in memoriã beneficiorum, quæ Dominus eis contulerat in deferto, ubi quadraginta annis fuerant in tabernaculis; per quod fignificatur gaudium Mundiale. Hugo Card. hic.

Triftitia veftra vertetur in gaudium. Joan. 16. 20. q. d. vos foli, quos exercebunt afflictiones, mærores, & amaritudines; fentietis verum, fincerum, & folidum, gaudium. At verò Mundus gaudebit quidem; fed non erit opus, ut ejus gaudium in præfenti vertatur in triftitiã; quia ipfum illud gaudium, quò Mundus in tempore fruitor, eft fictum, apparens, falſum, gaudium: & fi bene infpiciatur, non eft aliud, quã triftitiã. Schönleben Difc. 25. D. 3. Paſch.

Quasi tristis. 2. Cor. 6. 10. Notat hic S. Anſelmus: in triftibus hic addi *quasi* non in proſperis: quia omnis triftitiã Sanctorum hic *quasi* habet; nam brevi, & in fomnis *quasi* tranſit; videturque *quasi* umbra eße, & fomnium; nec eße triftitiã, fed *quasi* triftitiã. Gaudium autem Sanctorum non habet *quasi*: quia folidum eft, ob ſpem certam æternæ beatitatis. Contra verò impiorum gaudium hic habet *quasi*: quia breve eft; & umbraticum videtur eße fomnium; fed triftitiã eorum non habebit *quasi*; quia folidã erit, & æterna. Cornelius hic.

Si adhuc præfenti Sæculo mente hæres; fi adhuc terrenis voluptatibus delectaris; amare non potes gaudia æterna, quæ audis. S. Gregorius hom. 9. in Ezech.

Non eft poſſibile, quòd hi, qui fecundum Mundum gaudent, fimul & iuxta DEUM gaudeant. S. Chryfoft. hom. 16. in acta.

Brevia, & caduca, funt terrenarum gaudia voluptatum; quæ ad æternitatem vocatos, à ſemitis vitæ conantur avertere. S. Leo l. 2. in Aſſumpt. ad Pontificatum.

Æternum facile amittit præmium, qui temporaliter lætari non veretur. S. Laurentius Juſt. de triumph. Chr. ag. c. 4.

Legitur de rege potente; qui interrogatus à fratre, cur, cum eſſet in deliciis, divitiis & honoribus, cum aliis ridentibus, & gaudentibus, non rideret? nec vultum quidem hilarem oſtenderet? Antequã fratri de hoc reſpondit, puteum altum parati fecit, in cujus fundo ignem copioſum accendit, & fratrem in fede putrida collocavit. Super puteum collocavit hominem quatuor lanceas habentem, ut ferrum earum ex omni parte corpus ejus tangeret; gladium inſuper acutiſſimum tenuiſſimò filo ſuper caput ſuſpenderit. Poſt hæc menſam, & cibaria, appoſuit; addidit muſicam, jocos &c. ille tremere, pallere, de appoſitis nihil attingere. Tunc ait illi rex: quare, cum omnia habeas delectabilia, triftitem exhibes vultum? Cui ille: quomodo hilaris fim, tot circumdatus periculis? Et rex: hoc dictò tuò quæſtioni tuæ nuperã reſpondeo: Si tu gaudere non potes, ut aſſeris, propter pericula, ex quibus ſola mors corporis imminet; quomodo potero ego, vel quicumque peccator, gaudere, qui in periculis animæ verſamur? Habet peccator ſub ſe ignem inextinguibilem; habet cathedram putridam, corpus; habet ante ſe lanceam mortis; poſt ſe lanceam remorſus conſcientiæ; à dextris lanceam proſperitatis; à ſiniſtris advertitatis; ſupra ſe gladium divini Judicii. Vita Barlaam & Joſaphat. *Beatus vir, qui ſemper eſt pavidus.* Prov. 28. 14.

Vide plura tit. Lætitia.

